





3  
4  
5  
6  
7  
8  
9  
10





Sacrofanctæ & Individuæ Tri-  
nitatis auxilio submisise implorato.

Ex

*Permissu & Auctoritate*

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI  
ET CONSULTISSIMI FACUL-  
TATIS JURIDICÆ COLLEGIJ IN CELE-  
berrima ac Florentissima Argentoraten-  
sium Universitate

*Dissertationem hanc Iuridicam Theorico-  
Practicam*

*De*

DESERTIONE  
APPELLATIONIS

*Pro summis in utroque Iure honoribus ac Privilegijs  
Doctoralibus ritè ac legitimè consequendis*

Publicæ censuræ & solenni Disquisitioni  
submittit

*Ad diem 15. Mensis Iulij.*

HIERONYMUS ZIEGLER  
Spirensis.

ARGENTORATI,  
Typis JOHANNIS ANDREÆ

M. DC. XLIIII.


559

~~1644, 10.~~

1644, 10.

21









Σὺν Ὁσῶ.

I.



Nter cetera juris remedia quibus aut iniquitas, aut Imperitia Judicantium corrigitur, Et primum & frequentissimum & maxime necessarium Reip: inventum est Appellationis beneficium. l. 1. de appel. in princ: VVesenb. in Parat. Eod. tit. n. 1. c. cum speciali. 61. §. 1. Extr. Eod. Dn. Vult: Iurispr. Rom. lib. 2. c. 33. Marant.

in spec. aur. p. 6. de appel: num. 4. & seqq.

2. Ad hoc non secus ac ad Asylum aliquod confugere gravatis concessum est atque liberum, ideoque optimo Jure innocentiae praesidium à Schneidw. in rubr. Inst. de interd. n. 17. Vbi varij Iur. Can. textus, levamen oppressorum à Lancell. de attentat: part. 2. c. 12. n. 91. & seqq. ac praestantissima contra venenum Judicantium competens Theriaca post Bald: in l. unic. C. si de moment. poss. à Rebuffo de app. in praefat. n. 76. vocatur, & passim ab Universo DD. Senatu felicibus accumulatur suffragiis, vid. Alex. ab Imol. conf. 13. vol. 5. Moll. 4. Semestr. 33. num. 5. Rutger. Ruland. de commiss. p. 1. lib. 5. c. 13. n. 1. Sigism. Scacc. de appell. quest. 3. artic. 1. in pr.

3. Quanquam autem amplissimum hoc sit juris beneficium, & sec. l. 3. §. 1. ff. rem rat. hab. ubi Gothof. ex Bald. commune damnatorum auxilium, Quin & quaedam defensio, quae nemini debet denegari, ut not. Socin. conf. 195. col. 3, in 2. vol. A. Gail. lib. 1. Obs. 128. in princ. Ideoque regulariter in omni causa, & ab omnibus gravaminibus tam judicialibus quam extrajudicialibus ut est gloss. l. qui restituere. 68. de R. V. & not. Phil. Franch. in Rubr. de appell. col. 7. in fin. appelletur, Marant. in spec. p. 6. act. 2. num. 278.

4. Limitatur tamen affirmativa haec regula diversimodè, & cessat Appellatio certis quibusdam in causis, certis itidem in personis. arg. divers. Titt. ff. & C. ut & divers. capp. Extr. de Appellationibus. De quibus fuse Dd, Imprimis Marant. in spec. suo aur. p.

A 2

6. act.



6. act. 2. a. n. 280. usque ad n. 366. ubi 45. limitationes. Scacc. & alij.

5. Imprimis verò quibusdam quo minus appellationis gaudere possint beneficio impedimento est propria ipsorum conventio. *l. fin. §. fin. C. de tempor. appell.* Qui pacto interveniente ante sententiam Juri suo renunciarunt. *l. 1. §. si quis. 3. à quib. appell. non licet.* Mynsing. cent. 1. obs. 14. *Ordinat. Cam. part. 2. tit. 28. §. ibi:* Es were dann daß einer sich freywillig vnnnd vngerungen vorhin der Appellation begeben/ Nemini enim adversus pacta sua venire licet, & contrahentes decipere. *l. in emptionib. 43. ff. l. si quis. 29. C. de pact.* Idque tam expressè verbis specificis & renunciationem ipsam declarantibus, e. g. se sententiæ latæ staturum qualiscunque etiam futura sit. *Marant. loc. alleg. n. 341. vigesimo nonò limit. Specul. de appell. §. in quibus autem casibus. vers. nonò. c. adhaec 20. & c. sollicitudinem. 54. Extr. de appell. ubi Canonista.* Quàm tacitè de ipsa scil. causa transigendo, sententiæ satisfaciendo, terminum ad solvendum petendo, & generaliter appellationem deserendo, arg. *l. si quis libellos. 28. C. de appell. Sichard: ad l. 4. n. 16. C. de pact. l. 5. ubi Bart. & Salicet. de R. I. Bachov. ad Trentl. de appell. th. 3. sub Lit. B. & C. Sigism. Scacc. de appell. quæst. 17. Limit. 2. extens. 4. & 5. à num. 5. usque ad num. 83. Inclusive. Camill. Borell. Decisiones de appellat. num. 1186. 1187. & plurib. seqq.*

6. Atque hanc ex uberrima Appellationum materia latinam Desertionem nimirum Appellationis pro Instituti ratione breviter & pro temporis angustia succinctè, adumbraturus, ordinem deseruisse non videbor, si secundum certos aliquos locos Logicos dissertationem instituero, & à Notatione & Explicatione Nominis exordium cepero.

7. Sumuntur enim diversimodè in utroque Jure hæc vocabula, Desertus, Deserere, Item Desertio, sic Desertus vel Desertum plerumque pro neglecto & derelicto sumitur, ut in *l. si quis 3. C. de agric. & censit. agri deserti*, id est, neglecti vel pro derelicto habiti, sic deserta possessio prædiorum, quæ derelinquendi affectione multo tempore non coluntur, arg. *l. & licet. 4. C. de acquir. & retin. possess. & à contrario ejus l. sensu*, similiter etiam in *c. 1. §. illum de V. S. in sexto.* Locus desertus intelligitur qui non habitatus penitus neque cultus fuerit, vel ultra memoriam hominum sub Sarracenorum potestate detentus.

8. Porro



8. Porro Deserere propriè, & quidem Jure Civili Pandectarum & Codicis, militum est qui relinquunt locum in acie, aut sine comitatu discedunt ex castris: Hinc desertor militiae. *l. desertorem. 3. §. Edicta. 13. de re milit. l. 1. C. si reus vel accus. mort. fuer. l. si desertorem. 4. C. pro quibus causis, serv. pro prem. libert. accip.* Item desertio militiae. *d. l. 3. §. 13. de re milit. l. defunctorum. 4. & l. cum allegatis. 7. C. Eod. l. 1. & 2. C. de desertoribus & occultator. eor.* Item deserta Sacramenta. *l. fallaciter. 3. in f. C. de abolit.*

9. Similiter deserere accusationem actionemve dicitur, qui in totum ab accusatione desistit, eamque reliquit modò sine fraude adversarij id fecerit. *l. destitisse. 10. de judic. l. eum qui. 21. de in off. testam. l. Spuriy. 6. §. qui judicij. 3. de decur. & fil. eor.* Sic deserere animum accusationis implendae. *l. in executionib. 6. C. ad Sc. Turpill. arg. l. ab accusatione 6. §. 1. & arg. l. destitisse. 13. ff. eod.* Inde deserta accusatio. *in l. si is. 4. C. Eod.* Et desertor, *in l. 1. §. suspecti. 11. ad Turpill.* qui ab accusatione desistit, Et desertionis periculum. *Ibid in §. incidit. 13.* Cui ex Sc. Turpilliano subjacent qui desistunt & institutam accusationem non peragunt, sic & deserta accusationis poenam accipe *in l. 3. C. ubi causa fisci.*

10. Itidem & promissio contempta vel non observata deserta dicitur, quæ secundum *l. 4. §. 4. si quis cautionibus jud. sist. deserto judicio sistendi causa facta est,* Per quam desertam promissionem desertum accipitur vadimonium. Id ipsum enim quod hîc de promissione deserta traditur ad desertum vadimonium refert expressè Seneca *de benefic. lib. 4. c. penult.* Ait enim vadimonium promittimus, tamen deseritur, non in omnes datur actio, deserentem vis major excusat. Quanquam aliàs Jure Consulti veteres malint desertam causam vel litem compositâ voce Eremodicium vocare. *l. & si sine dolo. 7. §. fin. de minor. l. cum quaerebatur. 13. Iudic. solvi. l. properandum. 13. §. 3. & 4. C. de Iudic.* De quo infra ad locum affinium plura dicendi occasio erit. Eadem ferè ratione *in Auth. si tamen C. de tempor. appel. desertum arbitrium.* Et in Epilogo Nov. 93. deserere electos Judices.

11. De Jure Canonum desertores dicuntur qui Ecclesiae ministerijs propriè destituti ad alia fugæ vitio se transferunt vel confugiunt. *cap. placuit. caus. 21. qu. 2.*



12. Quantum verò ad nostrum negotium attinet, Deserere appellationem, (seu secundum Novellam 93. c. 1. appellationis iudicium) idem significat, quod appellationem exequi desinere. *arg. l. negotiorum gestor. 24. §. 1. ff. de appell. vel derelinquere. arg. l. fin. §. 4. In verbis relicta ea discedat & in desidia reliquum tempus permaneat, C. de tempor. appellat. Inde deserta provocatio. l. quoniam. 18. sub fin. C. de appell. vel, non provocare, aut post impletam appellationis causam desistere. l. si cum. 2. in fin. C. quando provocat. non est necess. Et tandem appellationem deserere idem quod tacitè renunciare appellationi. *arg. c. sollicitudinem. 54. sub fin. Et arg. C. constitutus. 45. Extr. de appellat. vel appellationem non prosequi, arg. c. ex ratione. 8. Extr. Eod.**

13. Quamvis autem in ipsis Juris utriusq; fontibus & textibus de hâc ipsâ appellationum materiâ rârè vel nunquam hæ voces deserere, desertio. Sed æquipollentes modò phrasés, uti ex antecedentibus patet, occurrant: Attamen cum non solum omnibus ferè Juris utriusque Interpretibus frequentatæ, sed etiam in utroque foro passim hodiè usu receptæ sint, visum fuit communi loquendi usu, & omnium ferè Judiciorum stylo, (qui pro lege servandus est *text. in c. ex literis, de constitut. & in l. 2. c. quemad. testam. aperiantur.*) niti, & ad dissertationem hanc Juridicam Theorico-Practicam inscribendam, Desertionis potius vocabulum quam aliud quodpiam æquipollens adhibere.

14. Quò verò melius intelligatur, quæ suscipitur tractatio. *Cic. lib. 1. Offic.* Descriptionem Desertionis Appellationis hanc pono, quod sit tacita Juris sui Renunciatio vel per lapsa appellatoris negligentia diversa appellationis tempora, vel alium quem appellatoris actum cum appellatione incompatibilem Juris interpretatione introducta, legibus & constitutionibus confirmata, ut lites abbrevientur, & debitas frustrationis & retardatæ litis pœnas desertor appellationis det & persolvat.

15. Dico I. Esse renunciationem, *arg. d. c. sollicitudinem. 54. in fin. extr. de appell.* Atque sic à Borello in suis decisionibus *Tit. 33. de appell. n. 1185.* species renunciationis desertio vocatur, quin arguit renunciationem. *c. licet. de sentent. excomm. in 6. & Bald. in auth. ei qui. C. de tempor. appell.* Juris sui, id est, beneficij appellationis, quod est in Jure amplissimum, & cuivis competit. *arg. c. Quod ad Consultationem. 15. in fin. Extr. de re judic. vide supra thesin.*



thesi 1. 2. & 3. Et quidam tacitam d. cap. sollicitudinem. sub fin. ad differentiam Renunciationis expressæ sive Conventionis inter partes initæ de non appellando vel stando ferendæ sententiæ qualicunque, de qua in l. fin. §. ult. C. de tempor. appellat. & supra, thesi 5. Quæ propriè desertio dici non potest; cùm appellationis desertio propriè sic dicta aut appellationem jam interpositam aut competens modo beneficium appellationis præsupponat: Et sic quoque inter renunciationem tacitam & expressam communiter Dd. distinguunt, Marant. in spec. part. 6. act. 2. de appellat. limit. 29. num. 341. Phil. Franch. ad cap. ex ratione 8. Extr. de appellat. fol. 22. col. 2. Hartm. pr. obs. lib. 2. decis. 17. Scacc. de appell. qu. 17. limit. 2. n. 12. & seqq. & aliq. Superaddo esse Juris interpretatione inductam, cujus exemplum vide in casu cap. quod ad consultationem. 15. ibi: cum per hoc videatur per interpretationem Iuris lata sententiæ paruisse; Item ibid. sub fin. cum ex hoc videatur amplius beneficium contempsisse: Extr. de re judic. & aliud in casu d. cap. sollicitudinem. 54. Extr. de appellat. per rotum & sub finem, itidem in verbo videatur, Borell. decis. Tit. 33. de appellationibus num. 1193. 1194. & 1195.

16. Interferitur in descriptione, vel per lapsa appellatoris negligentia diversa appellationis tempora, vel alium quem appellatoris actum cum appellatione incompatibilem &c. inducta. Ad quorum verborum explicationem operæ pretium & necessarium omninò erit præcipuos & quotquot quidem ex Utroque Jure, novissimis Imperij constitutionibus, & diversis D.D. Practicis colligere & excerptare potui vel desertionis, vel tacitæ renunciationis (nam hæc promiscuè invicem à plurimis Dd. accipiuntur, & inter se confunduntur) casus brevissimo quantum fieri poterit, filo delineare & recensere.

17. Distribuo autem omnes illos desertæ appellationis casus in duos ordines, quorum primus est eorum, qui dantur ob lapsum diversorum appellationis temporum, alter eorum, qui ob unum alterumque actum cum appellatione incompatibilem; Utrobique tamen Appellatoris culpa vel in omittendo vel in committendo requiritur, id quod ex subsequentibus magis magisque claresceret.

18. Ad primum ergò ordinem quem nunc videbimus quod attinet, Tempora appellationum quadrifariam consideranda veniunt:





niunt: aliud scilicet interponendæ appellationis: aliud petendi apostolos: aliud introducendæ & præsentandi se coram Iudice ad quem, aliud denique appellationis proseguendæ: *Wesemb. in π. quand. app. & inter qua temp. n. 2. P. G. Tholoff. de app. lib. 49. c. 2. n. 27. & 28.* Interponendæ appellationis tempus Jure Pandectarum & Codicis in causa propria biduum. *l. 20. §. 1. ff. l. 6. §. ult. C. de appell. l. 1. §. 5 ff. quand. app.* In aliena verò triduum erat constitutum: Quæ tandem differentia Jure Novellarum sublata; Et ut intra tale spacium plenissimè deliberare liceat, utrum appellandum an verò quiescendum sit. appellandi tempus 10. dierum ita determinatum est. *Auth. hodie C. de appell. Nov. 23. c. 1. Ord. Cam. part. 2. tit. 29. §. so sollen auch. in princ. c. cum sit Romana. §. Extr. de appell.* Ut fatalis hujus interponendæ appellationis tempus in extrajudicialibus æquè ac judicialibus locum sibi vindicet quoad consultationem. *Gail. 1. Obs. 139. n. 7. Mynsing. Cent. 3. obs. 1. nec vel tacito vel expresso partium consensu, neque permissione judicis extendi possit aut prorogari. Ordin. Cam. d. Tit. 29. ibi: Und derhalben kein Richter auff der Partheyen ansuchen vñnd Begehren länger Termin dann zehen tag bedacht zum appelliren geben soll. Gail. ibid. n. 6. Myns. cent. 2. obs. 66. Lancell. de attent. c. 12. lim. 50. n. 85. 86. & seqq.*

19. Primus ergo casus desertæ Appellationis est, si non interponatur appellatio intra decendum. *Auth. hodie. C. de appellat. ubi comm. Dd. c. quod ad consultationem. 15. Extr. de re judicata. Ord. Cam. d. loc. Myns. cent. 3. obs. 22. Gail. lib. 1. obs. 139. n. 2.* modo victus sciat sententiam esse prolatam & contra se vel ad suum præjudicium esse prolatam, hoc enim fatale non currit, nisi à tempore scientiæ. *Gail. ibid. num. 7. Felin. in d. c. quod ad consultationem. Plures limitationes vide infra in loco contrariorum.*

20. Et ad hoc fatale interponendæ appellationis etiam redigendus est specialis ille casus desertionis à *Marant. in spec. de appell. part. 6. n. 421. notatus.* Quod nimirum appellatio ab interlocutoria efficitur desertæ eo ipso quod non admittitur & appellans non appellat iterum ab illa non admisione, nec potest gravamen reparari per appellationem à definitiva. *Card. in cl. 1. col. 4. versic. Et ex hac gloss. de dol. & cont. Innoc. in c. Pastoralis. col. 1. super gl. in vers. suspendatur. de offic. de leg. Myns. cent. 2. obs. 49. & C. 3. observ. 22.*

21. Appellatione interposita tempus ad Apostolos sive literas



teras dimissoriales impetrandas appellanti-  
 bus de Jure communi summoperè observandum est. *Clement. quamvis rigor. de app.* sunt enim de formalibus appellationis, quibus non petitis appellatio habetur pro deserta. *juxta communem opinionem in l. eos. 6. §. apostolos. 6. l. 24. C. de appell. c. 6. eod. in 6to. tot. tit. ff. de libell. dimiss. Marant. n. 416.* Et hic est Tertius desertæ appellationis casus. Petendi autem sunt instanter, instantius & instantissimè. *fleissig/ fleissiger vnd zum allerfleissigsten/ & uno quidem contextu. gloss. in c. ab eo in verb. instanter de appell. in 6. l. unic. ubi Wesenb. in paratit. de lib. dimiss. n. 4. l. 1. §. fin. ff. de app.* Idque intra tempus vel legis 30. videlicet dierum, vel hominis, quod Judex à quo ad petendum intra tamen 30. dies præfiniverit. *c. cordi. i. c. ab eo. C. de appell. in 6. l. 1. c. Eod. quo elapso tempore appellans renunciaffe appellationi præsumitur, & appellatio pro deserta habetur. l. 18. l. 24. C. de app. Marant. de appell. d. n. 416. & 417. ut & num. 221. 222. & seqq. Wurm. pr. for. tit. 24. obs. 25.* Prædictum verò fatale utrùm à tempore latae sententiæ vel appellationis interpositæ currere incipiat questionis est? Prius crebrius receptum asserit. *Mynsing. d. cent. 4. obs. 36. per text. in l. 24. C. de appell.* Posterius multis probat rationibus *Hostiensis in c. 1. de appell. in 6. & videtur sancitum Nov. 126. c. 3. vide Coll. Jur. Argent. quand. appell. n. 8.*

22. Quamquam autem hæc Apostolorum requisitio in Camera Imperiali non sit necessaria, aded ut iisdem etiam posthabitis appellatio nihilominus valeat. *Ord. Cam. part. 2. Tit. 30. §. 1. ibi: soll einem Appellanten frey stehen nach gethaner Appellation Apostolos zubitten oder nicht. Gail. 1. obs. 139. in fin. Mynsing. in d. obs. 36.* Id tamen ad alia non est extendendum tribunalia, additionator ad *Gail. d. obs. 139. ad fin.* Exemplo fatalium prosequendæ appellationis, quæ etsi etiam non attenduntur in Camera, si tamen hujusmodi tempora in inferioribus Judicijs, in quibus certum fatale prosequendæ adhuc constitutum, non sunt servata, appellatio in Camera tanquam deserta non recipitur, sed ad Judicem à quo pro executione remittitur. *Gail. 1. obs. 141. n. 8. ubi plura.*

23. Et petendi Apostolos tempori subijciendus etiam est Quartus desertionis casus. *Itidem à Maranta in suo spec. part. 6. de appell. num. 420. designatus,* quod nempe appellatio deserta efficitur Appellante non comparente in die statuto per Judicem ad recipiendos apostolos, etiamsi Judex non venerit ad locum, quo casu etiamsi

B fu etiamsi





su, etiam si comparuisset appellans non potuisset illos habere: nam non curatur presentia Judicis, sed tantum lex considerat diligentiam appellantis, qui debet summa ope niti, unde debet comparere & protestari, quod per eum non stet: *ita tenet Card. in cl. quamvis §. fin. in 1. qu. de appell. Sigism. Scacc. de app. qu. 6. sub num. 25. vers. confirmatur. & num. 26. Idem. qu. 13. n. 8.*

24. Introducendæ appellationis & se coram iudice ad quem presentandi tempus sequitur, quod tam ab interlocutorijs quàm definitivis præcisè & sub desertionis periculo appellantes obligat, eo enim elapso perinde appellatio efficitur deserta, ac si intra decendum interposita non fuisset. *Gail. 1. obs. 140. in pr. Mynsing. cent. 3. obs. § 4. Schvvanm. observ. Cam. 177. n. 1. Gregor. Tholosan. de appell. lib. 8. c. 2. n. 12.*

Judexque parte etiam non opponente, desertionem ex actis apparentem attendere ac super eadem ex officio propter Jurisdictionis defectum pronunciare tenetur. *text. in Clement. sicut appellationem. de app. & l. 2. §. 1. C. de tempor. appell.*

25. Quod intimandæ appellationis tempus pro diversitate iudicum à quibus & ad quos vel ratione provinciarum ex quibus appellandum, aliud atque aliud Jure Justiniano olim constitutum. *l. 2. & §. C. de temp. & repar. app. ubi Salycet.* Proinde si ex Provincia longinqua ad sacrum appelletur auditorium intra menses sex, ex eadem verò vel contigua intra menses tres: si ab arbitro delegato ab aliquo iudice fiat provocatio intra menses duos causa appellationis introduci debet & inchoari. *l. 2. §. fin. autem ex sententia. & §. seq. l. fin. in pr. Vbi Cujac, in paratit. & Pacius in Isagog. C. de temp. appell. Nov. 82.* sed plura de hoc fatali vide in ipsis ll. Hisce enim diutius immorari instituti mei ratio non patitur.

26. Cæterùm Jure Canonico ad introducendam appellationem seu prosequendam, (nam inter hæc duo fatalia nullum hoc Jure discrimen expressum) conceditur appellantis à die interpositæ appellationis annus & ex necessaria ac evidenti causa biennium. *c. cum sit §. c. 8. ubi Innocent. Abb. & Canonista. c. 45. §. intellecto. c. 57. §. liceat. Extr. de appell. Marant. de appell. n. 228. Auth. Ei qui appellat. ubi gloss. Bart. & Dd. C. de temp. app.* Ex ordinatione verò Camerali sex à tempore interpositæ appellationis menses conceduntur, intra quos citatio ab appellante non modo impetranda,



tranda, sed parti etiam adversæ insinuanda & in judicio reprodu-  
cenda venit. *Ord. Cam. part. 2. tit. 30. in pr. ibi: Vnd durch Aufschie-  
bung/Verfündigung vnd wider Einbringung/der Ladung anhan-  
gig zumachen/Gail. lib. 1. obs. 140. Mynsing. cent. 5. obs. 57. Et hic quin-  
tus Desertionis casus de Jure Camerali specialis.*

27. Idem autem constituti appellationum termini fatales  
indigitantur, quoniam iisdem elapsis appellatio quasi fatum &  
mortem subijisse videatur. *Nov. 49. c. 1. in pr. l. 2. pr. verbo fatalium.  
ubi gloss. c. de tempor. appell. Donell. lib. 28. com. 7. Sunt vel legis vel  
Hominiis. Gail. 1. obs. 140. num. 2. Legis certum illud tempus est,  
quod lex ad interpositam appellationem introducendam consti-  
tuit. Menoch. arbitr. Iudic. quæst. lib. 1. cas. 446. Mynsing. cent. 3. obs. 15.  
n. 4. Hominiis autem dicitur, quod iudex à quo ad appellationem  
coram Iudice ad quem introducendam præfinit, idque pro arbi-  
trio ad sex usque menses, sed non ultra extendendum est. *Ord.  
Cam. p. 2. tit. 30. §. 1. ibi: bis in 6. Monat vnd nicht darüber & §.  
vnd also: 5. eod. Gail. d. obs. 140. n. 3. Myns. cent. 5. obs. 57. Atque sic  
fatale legis à Iudice à quo pro distantia locorum, personarum et-  
jam, & negotij qualitate minui quidem non verò prorogari. *Ord.  
Cam. d. p. 2. tit. 30. pr. & §. 1. clem. 4. de appell. c. 5. c. 26. §. si verò. c. 33.  
c. 39. c. 50. c. 57. §. licet. Extr. Eod. A Iudice verò ad quem non minui  
solum, sed iustis etiam ex causis potest prorogari. *Gail. d. obs. n. 7.  
Myns. cent. 3. obs. 54. per Recess. Imper. de anno 1594. §. also sich auch.  
95. Denais in Iure Camer. sub Tit. appellat. introductio. ubi vide.****

28. Nisi igitur inter præfata ordinationis fatalia Citatio  
extrahatur, insinuetur, & in Camera reproducatur, deserta habet-  
ur appellatio, *Gail. d. obs. 140. n. 3. & appellatus super desertione  
potest procedere. per Ord. Cam. d. t. 30. §. Vnd also. Danais in Iur.  
Cam. tit. 34. §. 1. Si tamen introductio propter ferias incidentes  
ante finem termini fieri nequeat, modò post ferias in prima fiat  
audientia, tunc appellanti salva superest reproductio. per constit.  
Imperij. de An. 1570. §. ob wol auch, 82. Gail. d. obs. n. 5. & 6. Schvvanm.  
obs. Camer. 177. Denais. d. Tit. Appellat. introductio. per tot. Sed plu-  
res etiam ad hanc Thesin limitationes infra locus contrariorum  
suppeditabit.*

29. Prosequendæ appellationis tempus super est, quo con-  
firmata jam appellatio coram Iudice appellationis exercetur, &  
intra legitimum tempus ad finem perducitur. *Herm. vult. Iurispr.*



Rom. lib. 2. c. 33. n. 40. Ut enim primæ Instantiæ tempus certum, biennium scilicet in criminalibus, & in civilibus triennium est præfinitum, l. *properandum. princ. & §. 1. C. de judic.* Ita etiam tempus instantiæ secundæ sive appellationis certum constitutum est, quo causa appellationis in auditorium superioris Judicis introducta, ibique inchoatâ, intra annum, vel ex justa necessaria causa intra biennium peragenda sit atque finienda, l. 5. §. 4. *Auth. Ei qui. C. de tempor. appell. Gail. 1. obs. 139. n. 2. Hartm. obs. pract. tit. 19. obs. 10. Wesemb. in parat. quand. appell.*

30. Appellator itaque qui præstituto tempore appellationem prosequi superfederit, deque ipsius negligentia constiterit, amplius non auditur, sed prior sententia, ac si nunquam appellatum fuisset, robur suum ac efficaciam recipit, d. l. 5. §. 4. *vers. jubemus eundem. C. de tempor. appell. Specul. de appell. §. num breviter. vers. alibi verò,* ignaviam enim prætendentes audiri non debent, l. 78. §. 2. *de legat. 2.* sed primo anno elapso Judex sententiam tanquam deserta appellatione non statim exequi, verum secundi fatalis lapsus prius expectare tenetur. d. l. 5. §. 4. *Auth. ei qui. C. de tempor. appell. Marant. part. 6. de appell. n. 228. Coll. Iur. Argent. quando appell. n. 13.* Idque tam in extrajudiciali, quam Judiciali appellatione, sive definitiva, sive interlocutoria fuerit, procedit. d. c. *cum sit Romana. c. constitutus. Extr. de appell. Gail. 1. obs. 141. in princ.* Atque hic sextus est desertæ appellationis casus Principalis.

31. Currere autem prosequendæ appellationis tempus incipit non ab introducta appellationis causa, sed à die appellationis interpositæ. *Gail. 1. obs. 141. Wesemb. in parat. quando appell. n. 6.* non tamen de momento in momentum ut supra de decendio dictum. *Gail. 2. obs. 139. n. 5. Mynsing. cent. 2. obs. 2. n. 1. VVurmbf. tit. 24. obs. 1. & 23. Hartm. tit. 19. obs. 2.* sed vel durante transactione vel pendente super appellationis causa compromisso, donec finitum fuit arbitrium non currit, sed stat in suspensio. *Gail. loc. alleg. Mynsing. cent. 2. obs. 68. cent. 3. obs. 49. VVurmbf. tit. 24. obs. 2. clement. quam diu. de appellat. Nov. 93. c. 1. auth. si tamen. C. de temp. appell. neque enim non cessanti officere debet præscriptio. l. 16. C. de inoffic. testam.*

32. Hujusmodi autem appellationis fatalia in Camera Imperiali non solum non observantur, sed in alijs etiam Germaniæ Curijs, propter causarum multitudinem tam exactè non attenduntur.



562

duntur. *Gail. d. obs. n. 7. & 8. Mynsing. cent. 2. obs. 48. Hartm. in Miscell. c. 1. obs. 16. nec locum habent in Camera Imperiali. d. l. 13. C. de iudicijs & Auth. ei qui. C. de tempor. appell. neque præterlapsis ita fatalibus appellatio statim habetur pro deserta, sed iusta ex causa vel prorogantur jam jam elabentia. Gail. d. Obs. 141. n. 7. vel præterlapsa in integrum restituuntur. Mynsing. cent. 2. obs. 48. cent. 5. obs. 98. Gail. 1. obs. 91. n. 10. & obs. 143. in princ. vide infra in loco contrariorum.*

33. Etsi verò hæc ita observari videamus, fatalibus tamen huiusmodi ab inferioribus Judicibus non observatis, appellatio in Camerâ tanquã deserta secundum jus comüne non recipitur, sed causa ad priorem Judicem remittitur pro executione. *d. Auth. ei qui. C. de tempor. appell. Gail. d. obs. n. 8. Mynsing. cent. 3. obs. 15. per tot. & cent. 6. obs. 12. n. 6. & 7. Denais. Iur. Cam. tit. 37. Marant. in spec. de appell. part. 6. n. 228. & seqq. Item num. 410.*

34. His sic præmissis, & circa utrumque tam prosequendæ, quam introducendæ appellationis tempus præsuppositis, Et alij quidam desertionis casus hinc inde specialiter à Dd. notati accensendi veniunt, utpote, *secundum Marantam in sapius allegato loco num. 411.* In Regno Neapolitano appellatio efficitur deserta, si appellans non præsentat processum Judici ad quem infra 50. dies, Similiter & in Inclyta hæc Rep. Argentinensi ex singulari Privilegio Cæsareo à Maximiliano primo anno 1595. impetrato appellationes censentur desertæ, si appellantes formalibus ratione jurisjurandi & præstandæ cautionis non satis fecerint, unde & Amplissimi Dn. Tredecim-Viri ceu delegati Judices Appellationis, non nisi sub ea conditione appellationes recipere solent, ut prius formalia juramenti & cautionis ap: Judices à quo expediuntur. Inde & *ex precedentibus th. th. 24. 25. 26. & 27.* firmiter inferri potest, quod quaecunque in quocunque Tribunali brevius etiam, quam in Jure communi, vel prosequendæ vel introducendæ appellationis aut lege locali, aut stylo judicij statutum sit fatale, aut circa formalia appellationis speciali privilegio Judicis inferioribus sit indultum, illud omne sub desertionis periculo strictè observandum & attendendum fore, cum sit terminus Juris vel legis, qui peremptorius, & hæc Privilegia non minus quam leges in illis locis, quibus data & concessa, valeant. *per text. in c. pia de exception. n. 6. & in l. fin. ff. de decret. ab ord. faciend. Roland.*



consil. 21. num. 9. vol. 1. incip. extat statutum, Card. Tusch. lit. D. Con-  
clus. 222. num. 1. & 2. Atque hic est septimus desertæ appellatio-  
nis casus.

35. Assimilatur huic octavus, terminum Hominis *vide sup.*  
*th. 27.* solum spectans. Quod si Judex à quo statuit breviorum  
terminum ad prosequendum, quod potest facere *per textum in c.*  
*cum sit Romana.* & *in c. personis. de appell. Marant. sepè. d. l. num.*  
*235.* Et intra statutum terminum appellans non prosequitur, ap-  
pellatio ex lapso tempore breviato remanet desertæ. *Marant. I-*  
*bid. n. 412.* Sicut enim per lapsum termini Juris deseritur appella-  
tio; ita & per lapsum termini hominis, etiam in appellatione à  
definitiva, unde non expectatur tunc lapsus termini Juris, *Franch.*  
*in c. cum sit Romana. not. 3. num. 3. de appell.* Et quod sententia fir-  
ma remaneat ex solo lapsu termini hominis non expectato ulte-  
rius lapsu termini Juris refert, & sequitur. *ibid. Franch. col. 2. num.*  
*12. in fin. Sigis. Scacc. de appell. qu. 15. n. 13. Card. Tusc. lit. A. conclus.*  
*387. num. 8. Mynsing. cent. 3. obs. 22. P. G. Tholos. in Syntag. Iur. de*  
*appellat. lib. 50. c. 2. n. 31. Mascard. de probat. vol. 1. conclus. 117. n. 22.*

36. Quanquam autem appellationis desertio non indu-  
catur per absentiam & impedimentum Judicis labentibus fata-  
libus modò appellans interea suam fecerit diligentiam, induci-  
tur tamen desertio si impedimento cessante seu reverso Judice  
non sollicitet Appellans & quidem cum importunitate, *Marant.*  
*in spec. part. 6. n. 419.* aut protestetur. *Sigism. Scacc. de appell. qu.*  
*15. art. 9. n. 181. Camill. Borell. in suis decisionibus de appell. num.*  
*1095. & 1096. Mascard. de probat. vol. 1. Conclus. 117. n. 18.* Atque  
hic Nonus desertionis casus.

37. Progredior autem ad reliquos secundi ordinis (*vid.*  
*supra th. 17.*) casus desertæ appellationis ex facto uno vel altero  
appellatoris cum appellatione incompatibili, illique contrario.  
*Marant. d. loc. n. 425.* emergentes, Atque equidem si appellans  
pendente appellatione quid innovet vel attentet, in præjudicium  
adversarij, ut quia ipsum spoliat, hoc ipso censetur appellatio-  
nem deserere, illique renunciare. *Bald. in c. ex parte Ada. col. pen.*  
*vers. item scias. extr. de test. Ang. in l. fin. C. de tempor. appell. Ma-*  
*rant. d. l. num. 422. Mynsing. cent. 2. obs. 50. & c. 3. obs. 22.* quia  
per illum contrarium actum litis pendentis inducitur tacita re-  
nunciatio. *Gail. lib. 1. obs. 146, n. 13. Ubi seq. n. 15. Communem*  
Practicam



506.  
Practicam subjungit, ut hoc casu appellatus non cogatur exhibere libellum attentatorum, sed probatis attentatis Judex appellationis debet causam pronunciare desertam. Et pro executione ad Judicem à quo remittere. *Camill. Borell. in summ. decis. Tit. 33. de appell. n. 1108. & 1109.* Imò judex à quo potest revocare attentata, si ejus officium imploratum fuerit. *Covarr. pract. quest. 23.* Et hunc pono decimum desertæ appellationis casum.

38. Undecimus sequitur, si appellans post appellationem spontè solvit contenta, in sententia, à qua appellavit, tacitè enim appellationi etiam sic renunciatum censetur. *Bald. cons. 233. Renunciatio non valuit. lib. 4. Card. Tusch. Lit. A. conclus. 386.*

39. Et duodecimus. Quando appellans post interpositam appellationem petit seu accipit terminum ad solvendum id quod erat in sententia pronunciatum, ut solveret, quia hoc ipso censetur appellationem deserere & sententiæ acquiescere: *casus est in l. ad solutionem. & ibi Bald. C. de re judic. Ludovic. Rom. cons. 8. & cons. 19. in fin. Marant. d. loc. num. 423. Tusch. d. conclus. n. 40. & conclus. 387. n. 1.*

40. Et tandem Colophonis loco, Decimus Tertius: Si appellans post appellationem comparet & litigat adhuc coram Judice à quo, quia per hoc censetur appellationem deserere & illi renunciare. *text. est in c. sollicitudinem. 54. Extr. de appell. item in cap. Gratum. 20. Extr. de offic. & potest. jud. delegat. in cap. Cùm venissent. 25. Extr. de testib. Modo faciat actum incompatibilem & contrarium appellationi, secus si facit aliquem actum coram Judice à quo tendentem ad majorem corroborationem suæ appellationis. Addatur Ludovic. Romam. singul. 770. incipit Regula est glossa singularis, in cap. si à judice. 10. adverbium: teneri. de appellat. in 6. Besold. in tract. de appellat. cap. 10. n. 2. Marant. d. loc. num. 424. & 425. Card. Tusch. Lit. A. conclus. 387. n. 6. & conclus. 389. Appellans si comparet coram Iudice à quo, quando videatur renunciare appellationi? Mascand. de probat. conclus. 117. num. 32.*

41. Possent quidem & plures alij desertæ appellationis casus hinc inde ex utroque Iure, ejusque Interpretibus diligenti studio perquiri & accumulari, sed me ab ulteriori pervestigatione & tempus arctum & reliqua Thematis tractatio jam excludit. Ideoque istos tanquam magis quotidianos pro nunc proposuisse sufficiat.

42. Et



42. Et revertendo ad Descriptionis nostræ explicationem adijcitur in illâ Legibus & constitutionibus confirmata quæ verba per se satis clara, ulteriori illustratione non egent, denotant autem ut & illa supra explicata, Juris interpretatione inducta, causam efficientem Desertionis appellationis & probantur ex præcedentibus & diversis Juris Tit. *veluti ff. Quand. appell. & inter quæ tempora. De appell. recip. vel non. De libell. dimiss. Nihil innova. pendent. appell. C. de tempor. & repar. appell. Quor. appell. non recip. c. ex ratione. c. sollicitudinem. & c. Extr. de appell. R. Ab Und C. O. part. 2. tit. 29. & tit. 30. & similib.*

43. Subjungitur in eadem, ut Lites abbrevientur, & debitas frustrationis & retardatæ litis pœnas appellans det & persolvat. Quod itidem & causam finalem, & certum aliquem desertæ appellationis effectum innuit, De quo Utroque infra ad locum causarum, plura dicendi locus erit.

44. Nunc visa descriptione ad divisionem in species properandum, quæ etsi vix commodè institui possit, cum una ferè cujuscunque Desertæ appellationis quoad causam efficientem & finalem sit ratio, ideoque certa & expressa divisio apud Dd. illos, quos ad manus habui, non reperiatur, docendi tamen gratia secundum duplicem *supra th. 17.* constitutum casuum desertionis ordinem distinguo illam in desertionem veram & propriè sic dictam, quæ maximè inducitur per omissionem, quando appellans ea omittit & negligit quæ facere debebat ad conservandum beneficium appellationis, & in desertionem præsumptam & minus propriam, quæ inducitur per commissionem, quando appellans committit & facit actum aliquem cum appellatione incompatibilem illique contrarium: Illa propriè Desertio appellationis: Hæc Renunciatio dicitur; Illi primi ordinis; Huic secundi ordinis casus accensendi. Ita utramque inter se distinguere videntur, *Mascard. de probat. conclus. 117. per tot. Sigism. Scaccia de Appellation. qu. 14. & 15. per tot. Item qu. 17. per tot. Card. Tusch. lit. A. à conclus. 385. 386. 387. 388. & 389. & lit. D. conclus. 222. & seqq.* Quamquam ijdem sæpius casus renunciationis vel desertionis inter se confundant.

45. At enim illius, Desertionis nimirum propriè sic dictæ tres iterum pono species, cum sæpè *alleg. Scacc. de appellat. qu. II. n.*



149. 150. & 151. Prima est desertio appellationis nullatenus interposita sed adhuc *interponenda*, Secunda appellationis *interposita* sed non *introducenda*. Tertia est appellationis *interposita* & *introducenda*: Rursus Idem Scacc. *Ead. qu. 11. n. 160. & 161.* reducit ad duas, veluti appellationis *interposita* & non *introducenda*. Et *introducenda*, sed tantum *prosequi capta*; Quolibet peculiarem suum effectum praesertim quoad condemnationem expensarum & executionem habet, de quo infra ad th. 48. & ad locum effectus.

46. Divisionem subsequuntur causa, quarum prima efficiens remota; Leges & Constitutiones, quae appellationem ex certis causis & in casibus certis supra enumeratis & similibus, desertam fieri statuunt & desertionem inducunt. *l. fin. C. de tempor. & repar. appell. l. quoniam. 18. C. de appell. e. sollicitudinem. Extr. Eod. Ord. Cam. part. 2. tit. 29. & 30. & simil. Card. Tusch. supra alleg. conclusionibus.* Propinqua; Est appellantis vel negligentia & desidia amplissimum hoc Juris beneficium contemnentis & susque deque habentis, *l. 5. C. de appell. d. l. fin. §. 4. C. de tempor. appell. ibi: relictâ ea discedat & in desidia reliquum tempus permaneat, Scacc. de app. qu. 15. n. 58. & 59.* vel culpa in praesudicium appellationis attemptantis, vel aliquem actum cum appellatione incompatibilem committentis, vide supra th. 17. & seqq.

47. Deserere autem appellationem omnes possunt, qui & appellare, cum Desertio sit Renunciatio Juris sui, unicuique autem favori & Juri pro se introducto renunciare concessum. *vulg. l. si quis in conscribendo. 29. C. de pact.* Et appellationi post latam sententiam generaliter renunciari potest sive tacite, sive expresse, *Ang. cons. 187. A. & B. contraxerunt. n. 3. versic. item post sententiam sequitur. Barbat. cons. 12. Illud afferam. lib. 4. in princ. Bald. in l. fin. §. fin. C. de tempor. appell. Card. Tusch. lit. A. conclus. 386. n. 15. Imprimis verò n. 32. 33. & seqq.* Quod tamen cum mica salis & certa illa limitatione accipiendum modò (1) appellati vel alius tertij nihil intersit. Quia non potest appellans renunciare appellationi simpliciter in praesudicium appellati vel habentis interesse. *Alex. cons. 36. viso themate, in fin. num. 21. vers. non obstat. lib. 4. Tusch. d. conclus. 386. n. 46.* (2) appellatio sive in: sive extra Judicium interposita tantum, nondum verò apud Judicem ad quem *introducenda* sit. Hoc etenim casu Judex appellationis etiam

C

desertâ



desertâ eâ sententiam desertionis ferre, & desertorem in expen-  
sas frustrationis condemnare potest. *Gail. lib. 1. obs. 137. n. 3. & 4.*  
*Plures limitat. vide ap. Tusch. d. conclus. 386.*

48. Sed pulchra hic exoritur Quæstio, an Judex à quo, vel  
Judex appellationis debeat pronunciare super desertione? Et  
an? & quando hæc pronunciatio sit necessaria? Ad quam bre-  
viter respondeo *cum Marant. de appell. num. 200. & Philipp. Franch.*  
*ad c. ex ratione. 8. Extr. de appellat. fol. 26. col. 3.* distinguendo inter  
desertionem appellationis interpositæ tantum sed non introdu-  
ctæ, & desertionem appellationis interpositæ & introductæ;  
Quod si enim appellatio efficitur deserta ex non prosecutione, si-  
quidem nunquam sit aditus Judex ad quem, & nullus actus factus  
est coram eo, tunc non est opus alia pronunciatione, potest ta-  
men appellatus adire Judicem à quo, ut sententiam exequatur,  
& si ille videt lapsum terminum Juris vel Hominis ad prosequen-  
dum, pronunciabit illam desertam & condemnabit appellantem  
ad expensas, & ob hoc est utile, ut pronuncietur propter conde-  
mnationem expensarum, verum potest si vult, exequi sine alia  
pronunciatione, & hoc etiam est utile, ut causa citius expediatur,  
ne detur materia ulterius appellandi, si verò fuit aditus Judex ad  
quem & appellatio fuit coram eo introducta, tunc ipse debet pro-  
nunciare super desertione, & non Judex à quo. *Idem Seacc. pluri-*  
*bushabet, de appell. qu. 11. art. 5. num. 148. 149. 150. 151. 152. 153. usque*  
*ad num. 160. Vbi latè distinguit inter tres supra allatas Desertionis*  
*species & planè cum dd. Franch. & Maranta concludit. Quem vide.*  
*Wurmbf. pr. obs. lib. 1. de appell. decis. 24.*

49. Materia Desertionis quoad nostrum institutum atti-  
net, nihil aliud est quam beneficium appellationis sive interpo-  
nendæ sive introducendæ sive prosequendæ, vide inscript. hujus  
Disput. & supra enumeratos casus desertæ appellationis. Non e-  
nim alia quam appellationis causa recipit desertionem, nec cau-  
sa nullitatis recipit per se mota; secus si simul cum appellatio-  
ne. *Bart. in l. qui testamento. in §. item quero. in lec. Nic. de Neapol.*  
*& ibi Ang. ff. de excus. tut.* Desertio namque appellationis indu-  
cit etiam desertionem nullitatis simul motæ. *Card. in clem. si ap-*  
*pellationem. in fin. de appell.*

50. Inde vetus & à multis annis controversa (*Myns. c. 2.*  
*obs. 77.*) ebullit quæstio inter D. D. Deserta appellatione, an et-

jam





jam deseratur nullitatis dictio? *Card. Tusch, lit. D. conclus. 224;*  
 quam statim in princ. sic decidit: Quod si appellatio interposita  
 contineat nullitatis dictionem in consequentiam, veluti si dica-  
 tur, dico sententiam nullam & si qua est appello; quod eo casu  
 deserta appellatione deseratur etiam nullitas consequens; sed  
 tamen ex integro principaliter possit dicere appellans de nullita-  
 te non obstante desertione. *Bald. cons. 481. In causa vertente.*  
*num. 6. vers. est videndum ultimò, usque in fin. lib. 3. Sigism. Scac. de*  
*appellat. quest. 15. num. 101. & quest. 17. limit. 2. in fin. sub num.*  
*131. Item num. 126. 128. & quest. 19. remed. 1. conclus. 3. per tot. Bo-*  
*rell. in summ. decis. Tit. 33. de appellat. num. 1140. & seqq. Gail. lib.*  
*1. observ. 127. num. 2. & 8. Idem. 1. observ. 135. num. 4. 5. 6. & 7.*  
*Mynsing. cent. 4. obs. 63. & 2. 77. Wurmbf. p. obs. tit. de appellat. de-*  
*cis. 43.*

51. Quæritur itidem, & gnaviter inter D.D. controverti-  
 tur, An desertio & fatalia appellationum in reductione ad arbi-  
 trium boni viri locum habeant? vel, Quandiu, & usque ad quod  
 tempus reductio à laudo arbitratoris peti possit? Et *Bart. in l. So-*  
*cietatem. §. arbitratorum. num. 22. ff. pro socio.* dicit hanc quæstio-  
 nem Principis decisionem requirere, *spec. autem tit. de arbitr. &*  
*arbitrato. §. sequitur. num. 24. vers. sed inter quod tempus,* refert di-  
 versas opiniones, & tandem concludit, tutius esse, ut intra decen-  
 dium reductio petatur prout in appellationibus fieri debet. *Auth.*  
*hodie. C. de appellat.* eò quod reductio sit species appellationis,  
*text. in l. non distinguemus, §. cum quidam. ff. de recept. arbitr.* Pro  
 hâc opinione apertè concludit *Panor. in c. quinta vallis. num. 16.*  
*extr. de jure jur. text. express. in l. pen. §. sin autem. C. de recept. ar-*  
*bitr.* Eandem opinionem sequitur etiam *Cast. in d. l. societatem.*  
*num. 18.* sed veram & magis communem conclusionem esse  
 quam etiam *Camera* sequitur, testatur *Gail. lib. 1. observ. 150.*  
*num. 2.* reductionem peti posse usque ad 30. annos & sententiam  
 arbitratoris non transire in rem judicatam nec producere effe-  
 ctum, vel actionem in factum ex re judicata, nisi post la-  
 psam triginta annorum, adeoque fatalia appellationis & con-  
 sequenter desertionem nullum hîc obtinere locum, cujus sen-  
 tentiæ & ego hactenus subscribo. *Coll. Iur. Arg. ff. de recept. ar-*  
*bitr. num. 82.*





52. Tandem pro conclusione hujus causæ notandum, Desertionem appellationis victoris non nocere sibi, quin possit inhærere appellationi adversarij victi, quando uterque appellavit. *Bald. in addit. ad Spec. de app. versic.* Sed pone, petij à te decem.

53. Jam de forma videamus, Atque equidem quibus casibus appellationes vel ante interpositionem & introductionem vel post, vel per lapsum fatalium, vel per alium quem actum appellationi contrarium plerumque desertæ fiant. Ex illis quæ supra à *Thesi 17. ad th. 40. inclusive* proposita sunt satis perspicere licet: Nunc tantum singularia quædam, Processus & sententiæ in causis desertionis ferendæ formam spectantia subjungemus & breviter annotabimus.

54. Primum erit de citatione Partis, An requiratur in pronuntiatione appellationis desertæ? Quod negat simpliciter *Marrant. in spec. de appell. num. 203.* quando Judex ad quem pronuntiat appellationem desertam, *secundum Franch. in c. sapè col. 7. de appellat.* etiam si appellatio non sit recepta à Judice vel ab appellato, sed tamen Judex terminum statuit ad proseguendum, *ubi notabiliter & pluribus ampliat & limitat. Idem Franch. d. loc. quem vide. Borell. in summ. decis. Tit. 33. de appell. num. 1104. & 1105.* Et distinguit inter sententiam declarationis desertæ appellationis à definitiva, & sententiam declarationis desertæ appellationis ab interlocutoria, In illa citationem partis requiri, in hac minus. Atque pro hac distinctione *Paul. de Castr. Bald. Angel. ac Salicet. in l. si contra. 8. C. de appellat. Item decis. Rot. in novis. 424. incip. si à definitiva sententia & alios complures adducit.* De quâ liberum esto cuiq; judicium nunc tantum digitum eò intendisse satis sit.

55. Secundum erit de probatione desertionis, Probari scilicet desertionem appellationis ex inspectione actorum in quibus constet non esse processum in causa appellationis. *Bald. & Petr. de Suu. in d. l. si contra 8. C. de appell. Mascard. de probat. conclus. 117. num. 6. usque ad num. 13. inclusive.* Minimè autem desertam appellationem præsumi, imò in dubio Judicem debere pro non derelictione pronunciare. *Mascard. ibid. n. 1. & 13.*

56. Tertium: Quod Judex possit ex officio ( quod etiam appellatione deserta durat. *Gail. 1. obs. 137. n. 3.* & ex quo judex semper procedere potest in casibus, in quibus illud exuberat. *cap. constitutus. 45. de appellat.* ) etiam absque exceptione & parte non opponen-



569.  
opponente pronunciare appellationem esse desertam. *arg. Clem. si appellationem. de appellat. & l. 2. in fin. C. de tempor. appell. Phil. Franch. in c. ex ratione. column. 20. de appell. Gail. 1. obs. 137. n. 1. Mynsing. cent. 3. obs. 22. qui sic: Ubi evidenter constat appellationem desertam esse, tunc Judex super desertione pronunciare obnoxius est etiam si de ea ab adversario nihil fuerit objectum.*

57. Sententiam desertionis (cujus formulam in Camera Imperiali frequentatam videre licet *ap. Gail. lib. 1. obs. 138. n. 5.*) quod attinet notandum primò, illam non esse admodum quidem necessariam, cum etiam absque ea executio sententiæ à quâ fieri possit, præsertim si desertio plana facta sit & ex actis constet. *arg. à contrario sensu gloss. & Dd. in l. 1. ff. de edendo. Bart. in l. proinde. §. notandum, ff. ad L. Aquiliam. Peti tamen posse per appellatum secundum Card. in clem. constitutionem. §. insuper de elect. in 1. qu. Imò Judicem appellationis super desertione pronunciare debere etiam non petente appellato *th. proximè præced.* Et utilem esse *vide supra th. 48.* propter condemnationem expensarum desertionis, Item in casu quo sententia à qua appellatum confirmanda foret: *de quib. vide Gail. lib. 1. obs. 137. n. 2. 3. 4. & 5. Marant. de appell. n. 411. & alibi sparsim.**

58. Secundò quaritur, sententia lata super desertione vel non desertione appellationis an sit interlocutoria vel definitiva? Et communiter distinguunt Dd. inter appellationem interpositam ab interlocutoria, & appellationem à definitivâ. Atque in illâ sententiam desertionis pro interlocutoriâ, in hâc pro definitiva habent. *Bald. in Authent. si quis litigantium. C. de Episcop. aud. & gloss. in cap. cum dilectus. extr. de elect. Decis. Rot. in novis 435. Borell. in summ. decis. Tit. 33. de appellat. num. 1154. & 1155. Phil. Franch. de appellat. ad c. ex ratione. fol. 28. col. 1. & Folio 30. col. 1. Sigism. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 47. membr. 1. num. 185. & 186. Atq; hanc conclusionem veram & in Camera Imperiali receptam testantur. Gail. lib. 1. obs. 138. num. 1. 2. & 3. Et Mynsing. cent. 3. obs. 88. item cent. 3. obs. 36.*

59. Et Tertio, An à Sententia declaratoria desertionis appellari possit? Et communis est opinio quod sic. *Borell. d. loc. num. 1134. & seqq. Item num. 1156. qui plures Dd. pro hâc sententia citat. & allegat, quamquam sibi ipsi minus arrideat sed contra Borell. Sigismund. Scacc. d. loc. & num. 185. concludit ab interlocutoria*



etiam qua Judex pronuntiat appellationem esse desertam dari appellationem : Et idem si pronuntiet non esse desertam. *Ibid. num. 186.* Et hanc communem opinionem, videlicet sententiam desertionis appellabilem esse, etiam Camera Imperiale observare testantur. *Gail. lib. 1. obs. 138. num. 4. & Wurms. Pract. obs. Tit. de appell. decis. 19.*

60. Finis desertæ appellationis idem est qui omnium ferè primæ vel secundæ Instantiæ fatalium, Publica nimirum utilitas, Et ut sit aliquis Liti finis. *l. ult. ff. pro suo. Philipp. Franch. ad c. ex ratione. 8. Extr. de appellat. fol. 20. col. 4.* Ratio enim cur lex certos terminos instantiis præfixerit est, ut obviet litibus, quibus Judex inquietatur, Respublica læditur, partes vexantur expensis, & materia criminibus ex longa concertatione præbetur. *Sigism. Scacc. de appellat. qu. 15. num. 243.*

61. Effectus varius est & multiplex. Et quidem primarius, quod appellans desertor appellatione defraudatur, vel, de appellatorio juvamine cadit, & sententia contra illum lata in suo robore perdurat & ad effectum perducitur, tanquam si ab initio minimè fuisset provocatum, *verba textus. in l. fin. §. 4. C. de tempor. & repar. appellat. l. 8. C. de appellat.* Desertio enim appellationis confirmatio primæ sententiæ illiusque ratificatio est, ita ut operetur ac si nunquam ab ea fuisset appellatum, *Borell. in summ. decis. Tit. 33. de appellat. num. 1131. Item 1078. & seqq. Idem Tit. 36. de attentat. num. 127. & 129. Card. Tusch. Lit. D. conclus. 223.* Ideoque etiam sententia lata super desertione appellationis numerum facit, & conformis dicitur sententiæ latæ super negotio principali, *Scacc. de appellat. qu. 17. limit. 1. num. 22. 23. & 24.*

62. Hinc deserta appellatione Judex potest quidem confirmare sententiam priorem, cum sit jam à jure confirmata. *Borell. in summ. decis. de appell. num. 1139. Scacc. qu. 15. num. 209. 210. & 211. Gail. lib. 1. obs. 137. num. 2.* Infirmare autem non potest etiam si partium accederet consensus. *Borell. dicto loco.* Et sententia lata post desertam appellationem est nulla etiam si appellatus non contradixerit processui, *Scacc. quest. 15. sub num. 117. & num. 201.* Imò est nulla, etiam si appellatus expressè consentiret. *num. 199. & 200. Wurms. observ. pr. lib. 1. de appellat. decis. 22. Gail. d. observ. num. 1.*

63. Quamobrem quando allegatur quod appellatio sit deserta



ferta statim peti potest executio, *Franch. ad cap. ex ratione. 8. fol. 28. col. 2. §. circa decimum & ultimum membrum. extr. de appellat.* etiam antequam sit lata declaratoria sententia super desertione. *Idem Franch. fol. 30. col. 3. & 4. §. septimò & ultimò quaritur,* quia desertà appellatione sententia à qua statim rata & firma permanet. *Auth. ei qui. C. de tempor. appellat. clem. sicut. de appellat.* & statim executioni mandanda, ut nec quadrimestre tempus habeat ad solvendum vel præstandum id, in quo est condemnatus. *Franch. d. col. 3. §. Tertio quaritur. Mynsing. cent. 2. obs. 70.*

64. Sed nunc quaritur Ad quem Judicem spectet executio Sententiæ? Et Respondetur, quod spectet ad Judicem à quo, ut in *auth. ei qui. C. de tempor. appellat.* si ve appellatio est desertà non interveniente aliqua pronuntiatione super desertione, si ve etiam interveniente sententia confirmatoria, Judicis appellationis. Ratio est: Quia appellatione desertà supervacuo adjungitur confirmatio per Judicem ad quem, cum ipsa sententia sit à jure confirmata. ut in *l. 2. & d. Auth. Ei qui. C. de tempor. appellat.* Unde cum in casu appellationis desertæ non debeat judicari seu pronuntiarì benè judicatum, ergo nec ex superflua pronuntiatione Judicis ad quem non devolvitur ad eum executio: *Bald. in l. à divo Pio. ff. de re judic. gloss. & Dd. in c. pastoralis. §. præterea. extr. de offic. deleg. Gail. lib. 1. obs. 138. num. 3. & num. 8. remissivè & pluribus observ. præced. 113. num. 13. & 14. VVurmbf. pr. observ. lib. 1. tit. de appellat. decis. 24. C. ordin. part. 3. Tit. 50. §. Diweil aber zu zeiten. & seq. Wo aber Appellationes. Phil. Franch. ad cap. ex ratione. 8. extr. de appellat. fol. 30. col. 3. §. sextò quaritur.* Item quia desertà appellatione agitur ex sententia à primo iudice lata. *Myns. cent. 4. observ. 94.*

65. Consectaneum inde est & ad effectum non minus pertinet, quod desertà causa appellationis expirat Jurisdictio Judicis ad quem quoad cognitionem meritorum dictæ causæ, & partes non possunt per suum processum dare Jurisdictionem Judici ad quem. *Sigism. Scacc. de appellat. quæst. 15. num. 18. & sub num. 202.* Sed redit ad Judicem à quo. *Ibid. num. 210. in fin. Gail. d. observ. 138. num. 3. C. O. d. part. 3. Tit. 50. §. Wo aber Appellationes.* Et expirat etiam quoad cognoscendum de querela nullitatis & restitutione si habeat Jurisdictionem limitatam. *Idem Scacc. qu. 17. limit. 1. num. 9.* Quod tamen in Camera Imperiali, quæ concurrunt



renti cum Imperatore Jurisdictione gaudet, locum non habet.  
66. Non tamen simpliciter expirat Jurisdictio Judicis ad quem deserta appellatione, sed potest Judex Appellationis & debet desertorem condemnare in expensas frustrationis sive desertionis. *Idem Scacc. de appellat. qu. II. num. 160. & 161. Franch. in C. 26. reprehensibilis in fin. num. 15. versic. extra gloss. Extr. de appellat. Quia qui potest pronunciare appellationem esse desertam, potest etiam condemnare in expensas. Quin deserta etiam appellatione durat adhuc officium Judicis quoad sententiam desertionis & hanc condemnationem. Gail. I. obs. 137. num. 3. & 4. vide supra th. 56.*

67. Hinc merito etiam condemnatio expensarum precipuis desertæ appellationis effectibus annumeratur, quæ semper fieri debet. *Wurms. pr. obs. Tit. de appell. decis. 23. Desertor enim appellationis contumax in non veniendo dicitur Gail. lib. I. obs. 138. num. 4. Atqui contumax semper in expensis condemnandus est. l. properandum. 13. §. & siquidem. C. de iudiciis. Quæ autem illa expensa sint, in quas desertor condemnandus est, pulchre declarat Scacc. d. qu. II. num. 161. Gail. d. obs. 137. n. 4.*

68. Porro Desertio appellationis infirmat ea quæ gesta sunt pendente appellatione ratione privati juris, secus tamen gesta ratione publici officij: *Ita docet & distinguit Scaccia de appell. num. 37. & 38. Itidem inducit renunciationem. c. licet. de sentent. excomm. in 6. Bald. in Authent. Ei qui. C. de temp. appellat. vide supra thes. 15.*

69. Desertio etiam appellationis extrajudicialis tollit viam appellandi, quia appellatio efficitur deserta etiam in gravaminibus & negotiis, quæ non transeunt in rem judicatam *ut ex Abb. refert. Franch. in c. cum sit Romana. col. 3. num. 16. extr. de appellat. dicens, quod deserta appellatione extrajudiciali appellans non auditur per viam appellationis. Et in cap. 39. directa sub num. 8. conclus. 6. versus finem eod. dicens, quod licet hujusmodi sententiæ non transeant in rem judicatam, si tamen sit appellatum, ita deseritur appellatio sicut in alijs; Scacc. qu. 17. limit. I. num. 7. Poterit tamen agi via quærelæ nullitatis & restitutionis in integrum. Scacc. ibid. n. 8. & quidem via nullitatis ad 30. annos num. 9. ubi vide plures alleg. Dd.*

70. Simili-





577.  
70. Similiter appellansagens pro revocatione attentato-  
rum post desertam appellationem de quâ clare constat ex actis,  
non auditur per modum attentati: *Idem Scacc. qu. 15. n. 70. & 71.*  
Et sic causa attentatorum impedit sed non tollit cursum fatalium  
jam absolutum. *Lancell. de Attentat. part. 2. c. 12. de attent. & in-  
nov. pend. appellat. ampl. 1. princ. n. 17. 18. & 19. Gail. 1. obs. 146. n. 17.*  
*remissive.* Nec attentata pendente appellatione à definitiva post  
ipsius desertionem veniunt per modum attentati revocanda, tum  
quia legitimè factum non debet revocari, tum quia sublato prin-  
cipali sublata videntur omnia privilegia, quæ possunt accessoriè  
sequi ex illo, tum etiam quia res devenit ad eum statum à quo po-  
tuit habere efficax principium. *Rot. decis. 1. alias. 1. attentata. n. 1.*  
*& 2. de appell. in nov. Scacc. ibid.*

71. Audietur tamen agendo via ordinaria nullitatis, nam  
attentata & innovata post appellationem judicialem sunt ipso ju-  
re nulla. nec reconvalescunt dato quod appellatio sit deserta aut  
sit renunciatum appellationi, idque latius explicat *Franch. in c. 44.*  
*sapè. sub numero. 30. vers. in gl. verb. rata. Et in cap. 51. bonæ memoriæ*  
*n. 39. Eod. tit. de appellat. Scaccia ibid. num. 72. & maxime. num. 74.*

72. Revocantur tamen etiam attentata per modum atten-  
tatorum post desertam appellationem si processus factus est per  
Judicem recusatum post appellationem, quia ejusmodi processus  
est ad eò nullus ut licet recusans non fuerit prosecutus appellati-  
onem nihilominus dicitur esse invalidus. *Lancell. tract. de attent.*  
*part. 2. c. 12. de attent. & in nov. appell. pend. ampl. 1. princ. num. 9.* Sin  
verò attentata sunt commissa infra decendum interponendæ ap-  
pellationis, & tunc, quamvis appellatum non fuisset, revocantur  
tamen etiam lite deserta non quidem per viam attentatorum,  
sed per viam nullitatis. *Scacc. d. l. n. 75.*

73. Tandem & præcipuus hic desertionis Effectus notan-  
dus, quod deserta & perempta appellatione solius Principis est  
spiritum vitæ ei reddere. *Paris de Puteo in tract. de Syndic. in verb.*  
*sententia. P. G. Tholos. in Syntag. 1. Univerf. Lib. 50. c. de appell. num. 30.*  
Et quanquam Innocentius *in c. ex literis. in fin. de restit. in inte-*  
*grum* scribat, Quod non solum Princeps, sed etiam Præfectus  
Prætorio (cujus vicem Imperialis Camera obtinet) posset ad-  
mittere desertam appellationem. *Mynsing. tamen negat in cent.*  
*1. obs. 42. hoc in Camera suo tempore unquam observatum fuisse,*

D

sed



sed semper ordinaria via restitutam partem per viam restitutionis in integrum. Atque hoc fortè etiam sensit Marant. *in spec. de appellat. n. 239.* ubi concludit appellationem desertam per diversa fatalia nec impetratione temporis reparari posse. *ad l. Nemo. C. de tempor. appell.*

74. Possunt dubio procul & plures desertæ appellationis Effectus sparsim & diffusè in diversis Dd. voluminibus notati, colligi, Sed hi à solita librorum suppellectile remoto ac unum atque alterum Authorem tantum evolventi & Disputationem hanc per summam festinationem conscribenti occurrerunt. Nunc ad reliquos locos progrediendum.

75. Adjacent Fatalia appellationum quadrifariam considerata, *vide supra th. 18. & seqq. Tit. ff. quand. app. & inter qua tempora. l. Eicujus. 5. §. fin. de appell. Tit. C. de tempor. & repar. appellat. l. quoniam. 18. l. Iudicibus. 24. C. de appellat. & similes. Scacc. de appell. quest. 15. Gail. lib. 1. obs. 139. 140. 141. & 142. Et omnes Dd. quicunque appellationis materiam attigerunt.* Item libelli dimissorij sive Apostoli intra 30. dies à die interpositæ appellationis petendi de Jure communi & in Judicijs inferioribus. *Tit. ff. de libell. dimiss. l. Preses. 5. & l. Eos. 6. §. apostolos. 6. C. de app. P. G. Tholoss. lib. 50. c. 2. n. 28.* Quorum recipiendorum gratia breviorum etiam statuere terminum Judex potest de Jure Canonico, intra quem si non petantur appellatio deserta remanet. *Marant. d. loc. n. 223. & seqq. vid. supra th. 21. Scacc. de appell. qu. 13. n. 94. & seqq.* Sed de Jure Camerali non sunt necessarij, *C. O. p. 2. Tit. 30. vid. sup. th. 22.* Termini item in Appellationis Instantia agendi & procedendi præjudiciales, qui sub periculo desertionis, vel ut loquuntur absolutionis ab instantia vel Citatione in summo Imperij Romano-Germanici dicasterio strictè semper observandi. *Cam. Ord. part. 3. Tit. 31. & seqq. Von Terminen Zweiter Instanz. Schvvanm. lib. 2. c. 1. 4. 5. 6. n. 19. c. 7. & simil.*

76. Adjacent etiam expensæ desertionis sive frustrationis, In quas desertor appellationis veluti contumax in non veniendo condemnandus. *c. reprehensibilis. 26. Extr. de appell. c. 1. Eod. in 6to. supra th. 67. Gail. 1. obs. 137. n. 4. & 5. Borell. in suum. decis. de appellat. num. 1123. & seqq.* Quin & utroque appellante scil. & appellato negligente nec lapsis fatalibus appellationem prosequente, (quanquam contumacia communis ideoque mutua compensatione tollenda *l. viro. ff. solut. marrim.* & inobedientia utriusque partis



partis utramque partem à pœnâ excusare videatur, *text. in l. non ex omnibus. ff. de arbitr.*) tamen appellans in expensas est condemnandus. Quia hoc casu expensæ non restituntur vel exsoluntur ratione contumacia, sed ratione victoria, quia appellatus vincit coram Judice ad quem ipso facto, ex quo coram eo est deserta appellatio, victus autem victori debet condemnari in expensis. *cap. finem. litibus. Extr. de dolo & contum. l. properandum. 13. §. fin. autem. C. de Iudic. Phil. Franch. ad c. ex ratione. fol. 27. col. 4. Extr. de appell.*

17. At enim hic rursus incidit Quæstio, Appellationis causa deserta, quis Judex condemnet desertorem in expensas? Et quanquam *supra th. 66.* condemnatio hæc expensarum desertionis Judici appellationis attribuat; Eadem tamen Potestas Judici à quo in totum non adimitur, sed in illo casu, quo appellans interpositam appellationem coram Judice appellationis non introduxit, nedum prosequutus est. omninò reservatur. *text. express. in d. c. 1. de appell. in 6to. gloss. ib. in verb. condemnandus. Scacc. qu. 11. n. 160. per rationem, quam ibi vide. Gail. d. l. n. 5.*

78. Verum enim verò omiſſa condemnatione expensarum in sententia desertionis, an ne ex intervallo ad instantiam partis adversæ condemnatio earum fieri possit? Et statuo posse, modò expensæ illæ non officio Judicis (quod latâ ante sententiâ jam exspiravit. *l. 2. C. depositi. l. terminato. C. de fructib. & litium expens. nec nisi eadem die suppleti potest. l. Paulus. ff. de rejudic.*) sed ex conditione *cap. reprehensibilis. Extr. de appellat. & sic jure actionis petantur. Jure etenim actionis expensæ quodocunque etiam post sententiam peti possunt. ut est gloss. nov. & Bart. ibi. in l. 3. §. si rem. ff. de legat. 3. & in lege. non solum. ff. de Rei Vindic. Philipp. Franch. ad c. ex ratione. fol. 27. col. 3. sub. fin. Extr. de app. Gail. d. obs. 137. n. 5.*

79. Affinia desertionis sunt (1.) Renunciatio appellationis expressa *de qua in l. fin. §. fin. C. de tempor. appell.* nam tacita in omnibus casibus cum desertione concurrat, & vix una absque alia concipi aut intelligi potest, *vid. sup. th. 5.* (2.) desertio litis sive causæ, quæ composita voce Eremodicium dicitur *vid. sup. th. 10. l. etsi sine dolo. §. fin. ff. de minorib. l. 13. ff. Iudic. solu.* Et contumacia est actoris vel Rei. *Gothofred. ad. hanc legem. l. properandum. C. de Iudic. §. 3. & 4. Nov. 69. c. 3. in princ.* Contumax enim in non veniendo desertor est *sup. th. 76.* similis huic est desertio vadimonij, *de qua*



in l. 4. §. 4. ff. si quis caut. in judic. sist. caus. fact. (3.) Appellatio in valida ex defectu quorumcunque formalium intermiſſorum, velut si quis ex intervallo sed sine scriptis appellaverit. *Scacc. qu. 4. n. 8. Guid. Pap. de appellat. qu. 9. n. 17. tom. 5. Rebuff. de appell. art. 5. gloss. una. num. 8. & 9. Mynſing. cent. 3. obs. 15. in princ. & sub finem ejusdem. & plurimorum similium.* (4.) Appellatio frivola & nulla ex defectu materialium vel injustæ causæ, Quando appellatur in illis causis, in quibus appellatio de Jure est prohibita. *Mynſing. d. obs. 15.*

80. Causæ autem illæ præcipuæ hæ sunt. (1.) Quando appellatur à Tertia Sententia conformi. *Tit. C. ne liceat in un. ead. causa ter provoc. Scacc. qu. 17. limit. 1.* Quanquam hoc in Camera Imperiali non observetur. *Mynſing. C. 1. obs. 15. Gail. lib. 1. obs. 72. n. 3.* (2.) Notorium non recipit appellationem (3.) à sententia mandante aperiri testamentum non datur appellatio. (4.) Nec à sententijs possessorijs præsertim in possessorio summario & momentaneo. Quod tamen in possessorio ordinario multas limitationes recipit, *de quib. Scacc. qu. 17. limit. 6. membr. 7. 8. & 9.* (5.) Nec à sententia alimentorum. (6.) Item piæ causæ. Ita etiam (7.) executivi processus in genere & Executiones sententiarum excludunt appellationem. Nec (8.) ab Executore mero datur appellatio. Uti (9.) nec ab arbitro. seu (10.) arbitratore. Item (11.) Syndicatore. vel (12.) Judice, cujus libero arbitrio causa commissa.

81. Sed nec Fiscalis causa (13.) nec Decimarum (14.) nec Nullitas Sententiæ est appellabilis. (15.) Nec expensarum omiſſa condemnatio. (16.) nec excommunicationis sententia. (17.) nec pœna imposita in jure. (18.) nec sortis sententia. (19.) nec futurum gravamen. (20.) nec visitationis decretum. (21.) nec ea quæ fiunt à majore parte capituli. (22.)

82. Ita etiam (23.) administrator pij loci condemnatus ad reddendas rationes non appellat. (24.) Porro damni infecti sententia de præstanda cautione non est appellabilis. (25.) nec demolitionis sententia. (26.) nec electionis seu nominationis sententia ad officium quod est publicum autoritate. sed utilitate privatum, quale est munus tutelæ vel curæ. (27.) Nec sententia lata virtute juramenti præstiti à reo, vel ab actore de mutuo eorum consensu, altero eorum deferente. (28.) nec calculatoris rellatio. (29.)

83. Itidem non recipiunt, sed excludunt appellationem sententia



tentia lata pro solutione funeralium expensarum. (30.) periculum moræ. (31.) factum proprium. (32.) breviores seu parvæ causæ. (33.) Interlocutoria simplices. (34.) & similes, quas omnes latissime & plurimis Sigism. Scacc. in accuratissimo suo de appellationibus tractatu, qu. 17. per tot. exequitur. ubi 47. limitationes, quando appellatio cesset, recenset, vide etiam Marant. in spec. part. 6. de appell. à num. 280. usque ad num. 366. ubi 45. limitat.

84. Affinia etiam (5) Appellatio non devoluta ob summam nimirum non appellabilem, Cujus exempla aliquot in foro Romano & solo Italico Scacc. adducit d. qu. 17. limitat. 41. & seqq. Gail. lib. 1. obs. 123. ubi Idem Formula Sententiæ non devolutionis in Cam. Imperiali usitata. (6) Desertio nullitatis principaliter scil. intentatæ. vide sup. th. 50. Desertio appellacione an etiam deseratur nullitatis dictio? Et alia, Quæ singula altius repetere & perquirere jam nolo. Ne instituti mei tramites transgredi & extra oleas vagari videar; Ad metam itaque properabo. Atq; ultimo contrariorum loco discussio Tractationem hujus materiæ concludam.

85. Imprimis autem menti tenendum & probè observandum, In dubio semper pronunciandum esse appellationem non esse desertam. Scacc. de appell. qu. 17. limit. 1. n. 28. Tiraq. tract. le mort. saist le vis. part. 6. declar. 6. in fin. sub n. 10. Marant. de appellat. part. 6. act. 2. num. 408. Judex enim debet eligere viam mitiorem, per quam jus non remaneat peremptum litiganti: ita tenet Paul. de Castr. & ibi etiam Alex. in pen. col. Ias. in l. 1. ff. si quis caut. Decius. in l. quoties nihil. ff. de Reg. Juris Inde idem Scacc. etiam asserit Judicem sententiam super desertione latam posse revocare qu. 19. remed. 1. conclus. 6. sub num. 27. quia quoad hunc effectum ut possit revocari & quoad Judicem habeatur pro interlocutoria. Ibid. & n. 56. Franch. in cap. ex ratione. num. 82. Extr. de appell. Quin posse revocare etiam si ab ea sit appellatum. qu. 17. limit. 47. memb. 1. n. 186. vers. declara.

86. His præmissis Contraria præcipuè sunt desertioni. Primò ex parte appellantis Diligentia exactissima. arg. verborum l. fin. §. 4. C. de temp. appell. Nisi ipse appellator evidentissimis rationibus possit ostendere, se quidem summâ ope nifum. Scacc. qu. 15. n. 151. & seqq. Vbi prolixè quid agere debeat appellans, ne causa appellacionis deseratur lapsu primi fatalis. Et quod debeat summa ope niti. num. 156. & seqq. Card. Tusch. Lit. A. conclus. 380. Appellans quam diligentiam facere debeat, ne appellatio deseratur, Et simil. 87.





87. Quamobrem requiritur ut appellans solidam & omnem adhibeat diligentiam in introducenda & prosequenda ea intra fatalia vel terminum præfixum. *Scacc. qu. 14. n. 5.* Et quidem ad introducendam eam, ut adeat Regentem cancellariæ *Ibid n. 36: & 39. extens. 1.* pendente adhuc termino Apostolorum, legis vel hominis. *n. 48.* Et ubi Regens Cancellariæ non fuerit repertus, vel fuerit repertus impeditus, Protestetur coram Notario & Testib. quod non possit habere aditum *Vt ex Ang. in Auth. sed lis. C. de tempor. appell. refert & sequitur Alex. cons. 164. viso processu causarum. sub num. 5. ibi: Vnde dicit Ang. Scacc. qu. 14. d. n. 5.* Et recipiat publicum instrumentum. *Ibid n. 41.* Similis quoque diligentia requiritur, si appellans fuerit impeditus à ferijs. *Ibid n. 42.* Item si facto adversarij. *ib. n. 43. & 44. sed de hoc infra th. 91.*

88. Inde infertur Protestationem ab Appellante vel ejus Procuratore interpositam de sua diligentia, Et fatalibus non lapsis seu non labendis conservare jus appellationis & desertionem excludere, ideoque maximè esse necessariam. *Gail. lib. 1. obs. 141. n. 9.* Ea autem pluries fieri debet, neque sufficit unica. *Gail. ibid. Scacc. qu. 15. n. 181. usq; ad n. 188. ubi dicit, Quod ad evadendam causæ desertionem, Appellans debeat protestari & sæpius protestari. Borell. in summi decis. de appell. tit. 33. n. 1073. 1074. & seqq.*

89. Contraria itidem sunt & à desertione excusant Impedimenta inevitabilia, & ex causa necessaria & inexorabili subsequuta. *§. 4. l. fin. C. de temp. adpell. Scacc. qu. 15. n. 34. n. 156. & seqq.* Impedimenta legitima. dicuntur *Borell. d. loc. num. 1059. & seqq. Card. Tusch. Lit. D. Conclus. 225.* Talia sunt ex parte Judicis, Mora Ejusdem & occupatio. Appellans enim impeditus à Judicè, qui noluit aut non potuit, intra terminum literas expedire potest appellationem prosequi ultra terminum decursum. *Marant. de appell. n. 414.* Cum iniquum sit propter occupationes Judicis causas hominum deperire. Item per Judicem stetit *verba leg. fin. §. 3. & §. 4. C. de temp. & repar. appell.*

90. Item error Judicis: si enim terminus ad faciendum committi causam appellationis non sit præfixus principali causam agenti, vel legitimo procuratori, sed simplici Procuratori causa non efficitur deserta. *Scacc. qu. 14. sub num. 62. vers. advertete. Mohed: decis. 6. alias. 226. fuit dubitatum n. 1. & seqq. de Procur.*

91. Sic & ex parte Appellati, Ejusdem culpa & facto causatum



fatum Impedimentum excusat appellan-  
tem à desertione causæ.  
*Scacc. qu. 15. n. 61. & seqq. Abb. in c. 8. ex ratione sub n. 8. vers. quan-  
doque impedimentum provenit ex facto solius appellati. Neviz. conf.  
41. sciunt etiam sub n. 1. Odd. tractat. de restit. in integr. qu. 70. art.  
4. limit. 7. n. 31. Mynsing. cent. 5. obs. 98. n. 5. cas. 4.*

92. Ex parte etiam Appellantis ipsius legitimum & inexorabile impedimentum emergens à desertione excusat eundem, si pauper sit, & propter inopiam non possit appellationem introducere. *Mynsing. c. 4. obs. 97. Ideoque Pauperi non currunt fatalia introducenda & prosequenda. Gail. lib. 1. obs. 142. n. 1. 2. & 3. Secus in fatali interponenda secundum Iasonem & communem in Camera receptam opinionem Gail. ibid. n. 4. Et num. 6. de probatione paupertatis. Et num. 8. Quis dicatur pauper.*

93. Ex parte Utriusque Appellantis & Appellati autem desertionem removet & cursum fatalium prosequenda suspendit Compromissum. *Marant. sapè dict. loco n. 237. per Clement. Quamdiu & Auth. si tamen C. de tempor. appell. Philipp. Franch. ad cap. ex ratione. 8. fol. 20. col. 3. Extra. de appellat. Possunt enim hæc fatalia de consensu partium prorogari. Gail. lib. 1. obs. 141. n. 6.*

95. Contraria etiam sunt desertioni Restitutio in integrum adversus lapsum fatalium, de qua plura vide ap. *Gail. lib. 1. obs. 143. per tot. Mynsing. cent. 1. obs. 42. & cent. 3. obs. 54. Quæ intra quadriennium continuum peti potest. Mar. de appell. n. 413. Ut et Eorundem suspensio propter causam attentatorum. Wurms. pract. obs. tit. de appell. decis. 21. Item Prorogatio fatalium (introducenda præsertim) ex justa causa & ad petitionem appellantis sæpius à Judicæ concedi solita; Imprimisque in Camera Imperiali frequentata. *Schwanman. In process. Camer. lib. 2. cap. 4. n. 14. & 15.**

95. Verùm enim verò plures excusandæ desertionis & Restitutionum contra eandem casus vide ap. *Card. Tusch. Lit. D. conclus. 225. Deserta appellatione quando excusetur desertio? & Lit. A. conclus. 393. Appellans quando restituatur adversus desertionem. Vbi vide.*

96. Unicum adhuc casum, quo desertio appellationis locum non habeat, reperio apud *Marant. de appellat. n. 415. Quod nimirum in causis beneficialibus non efficitur deserta appellatio per lapsum termini dati à Judice, nec unquam est deserta quoad Judicem. Sigism. Scacc. qu. 15. n. 13. & num. 21. vers. rursus.*

97. Tan-



97. Tantem contraria etiam sunt desertioni illa Remedia, quæ dantur deficiente appellatione, veluti Nullitas, Restitutio in integrum adversus sententiam, Supplicatio, Querela, Reclamatio, Revisio, Recursus, & Syndicatus. De quibus Scacc. de appell. qu. 19. per tet.

Sed finio, Animus erat plura etiam ex pluribus probatis Authorib. & DD. Practicis præsertim, de hac Materia prorsus practica colligere, & in ordinem accuratè omnia digerere, sicq; Tractationem ipsam, & pluribus & melioribus auctiorem, & Dispositione magis concinna venustiore reddere, sed prohibuit & tempus arctum & domestica librorum supellex (quam videre & excutere non datum) remota. Thema enim hoc pertractandum non tam ipse elegi, & perfectum huc attuli, quam ex consilio & manu Nobilissimi & Amplissimi Viri Domini D. TABORIS, inclytæ Facultatis Juridicæ Decani Præceptoris & Patroni summo semper studio & obsequio colendi pancos ante dies accepi, & ex liberaliori, quam par est, virium mearum æstimatione post sponte in humores suscepi. Evenit autem mihi, quod Seneca 3, de Ira c. 6. scribit: Facile esse levia aptare cervicibus nostris, & in hanc aut illam partem transferre sine lapsu; Quæ alienis in nos manibus imposita sunt agrè sustinemus, victi in proximos effundimus, & dum stamus sub sarcinâ, impares oneri vacillamus. Æquus Lector hæc talia qualia ε̄ χρύσια ἀλλὰ χαλκία boni consulat.

Titubantem confirmet, errantem moneat, & in viam regiam reducat: Mihi nihil potius in votis, quam à quocunque juvari, moneri, & in veritatis lucem reduci.

**SOLI DEO GLORIA.**



X 2615889


VD 17











Sacrofanctæ & Individuæ Tri-  
nitatis auxilio submisise implorato.

Ex

*Permissu & Autoritate*

NOBILISSIMI, AMPLISSIMI  
ET CONSULTISSIMI FACUL-  
TATIS JURIDICÆ COLLEGIJ IN CELE-  
berrima ac Florentissima Argentoraten-  
sium Universitate

*Dissertationem hanc Iuridicam Theorico-  
Practicam*

De

DESERTIONE  
APPELLATIONIS

*Pro summis in utroque Iure honoribus ac Privilegijs  
Doctoralibus ritè ac legitime consequendis*

Publicæ censuræ & solenni Disquisitioni  
submittit

*Ad diem 15. Mensis Iulij.*

HIERONYMUS ZIEGLER  
Spirensis.

ARGENTORATI,

Typis JOHANNIS ANDREÆ

M. DC. XLIIII.

559

1644, 10.

21

